



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Dominicus Colinus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

texente araneo . Propè Fu-
ximam in quodam tugurio
in pace obdormiuit, ac umnis
confectus, & mortem flammis
illustrem desiderio solo
complexus .

Dominicus Colinus . Coad.

Claro apud Hibernos or-
tu natus, contra sectarios
centurio in Gallia militauit,
factus in Hispania postea
dux classarius per annos
octo; semper & miles bonus,
& vir frugi . In Societatem
receptus, ex Hispania in Hi-
berniam proficisci iussus, ibi
ab hæreticis captus, pro tri-
bunali in veste Societatis
comparuit, nil spes minasque
moratus, quibus *ut à fide Ca-*
tholica deficeret urgebatur:
ac illos etiam execratus, qui
submissi clam suadebant *ut*
fidem Catholicam tantisper
dis-

Hibernus.
Corcagie.
31. Oct.
1604.
ætat 35.
Soc. 4.

Fides .

*dissimulanter obtegeret. Ad
suspensum damnandus, in
carcere dira subiit tormen-
ta, quibus in illum sævitum
est; donec 31. Octobris in
veste Societatis, reuinctis
post tergum manibus, laqueo
è collo pendente ductus, sub
patibulo se demisit in genua
& orauit. E scalis, Catho-
licis author fuit, grauissimè
admonens, ne se spe, metu,
alijsuè hæreticorum fraudi-
bus interuertit, atque à recto
seduci finerent. *Suspicite, in-
quiebat, in cælum; & priscam
fidem quam præclari maiores
vestri sunt professi, non de-
generes, perseueranter con-
seruate; pro qua & ego nunc,
ut videtis, mortem oppeto.*
Mox deturbatus pependit,
& carnificatus est. Aie-
bant Catholici, eum à Deo
ctiam*

Cælum.

etiam miraculis honora-
tum.

NOVEMBER.

P. Petrus Paulus Navar-
rus, & duo Socij.

ANno 1584. in Indiam,
inde in Iaponiam pe-
netrauit: vbi cum pro fide
libris & concionibus mul-
tum, varièque satageret, ex-
torris è Iaponia, eodem
clam redijt ignotâ veste, nu-
dipes; noctu ad Christianos
adiuuandos tacitè cuncta
perreptans. In fouea latuit
per plures dies, à Deo istic
mirificè recreatus. Socios
rexit charitate morem com-
munem supergressâ. Pro
morte (quam flammis ab-
sumptus obijt gloriosam) se
parans, generalem confessio-
nem,

*Italus.
Ximaba-
ra.
1. No-
uemb.
1622.
etat. 62.*

Zelus.

*Prepara-
tio ad
mortem.*